



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

8. Quibus modis quis eximatur à decimarum præstatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

nix, l. 4. §. Sed quod meretur D. De condit. obtemp causam. Vide Navar. in *Manuali cap. 17. num. 31. & seqq.* & Canis. cap. 4. num. 11. & seqq.

## §. VIII.

Quibus modis quis eximatur à decimam præstatione.

1. Eximitur quis privilegio.
2. Limitatio illius.
3. Item consuetudo eximit.
4. Praescriptio.
5. Compositio.
6. Remissio.

**C**onstat igitur ex jam dictis, regulariter quilibet teneri ad præstationem decimarum: id quod verum est, nisi quis specialiter se exemptum docere possit, hinc Clericus si, hinc laicus, quatenus scilicet decimæ juri sunt Canonici seu positivi, etiam juxta ante dicta. Et primò quidem privilegio, non quidem Principis alicujus laici, e. *A nobis 24. t. Tha 25. c. Dudum 31. hoc tit.* aut Episcopi, quo jas Canonicum relaxare nequit, sed Pontificis e. *Ex multiplici 3. c. Suggestum 9. cum c. seq. d.e. Anobis, & alius hoc tit.* Sic leprosi, communiter viventes, eximuntur à solutione decimarum de hortis & nutrimentis animalium suorum, *cap. 1. inf. De Eccles. adficiendis.* Similiter Cisterciensibus, Templariis & Hospitalariis indulxæ sunt decimæ laborum, id est, prædiorum suorum, non novalium, quæ propriis co-lunt manibus & sumptibus, e. *Ex parte 10. c. ad audiencem 13. hoc tit.* modò acquisita sint ante Concilium Lateranense, e. *penult. hoc tit.* Aliis vero Religiosis in d. e. *Ex parte* conceditur, ne solvant decimas de hortis & nutrimentis animalium suorum, id est, de animalibus, quæ ipsi inveniunt, ut exponit *Glossa*, & de novalibus, quæ propriis manibus & sumptibus excolunt.

2. Hoc tamen privilegium non extenditur ad decimas, in quarum perceptionis possessione fuerit ante Ecclesia parochialis, vel alia, Olidatius *Conf. 168. Choppiu. lib. 3. De sacra Po-*lit. tit. 2. num. 7. Sicut non extenditur ad prædia, ab aliis conducta, e. *Dilecti 8. hoc tit.* Ne-

que privilegii super decimis laborum extenditur ad terras, quæ aliis colendæ traduntur, cap. *Licet 11. eod. n. id ipsum exprimatur, prout refert Choppinus d. tit. 2. num. 7. privilegium Bonifacii VIII. quo indulxit Cisterciensibus, ne de terris suis, quas aliis colendas concederent, de quibus tamen nullus decimas vel primitias percepisser, solverent decimas, aut carum cultores. Cujusmodi privilegium eis antea ab Eugenio III. indultum fuit. Refert ibidem num 9. Bullam Martini V. qua ampliorem Cisterciensibus immunitatem à decimis concessit. Post Cistercienses vero similem immunitatem à decimis, quoad terras ab ipsis excutas, obtinuerunt omnes Mendicantes Ordines, maioremque libertatem Collegis Societatis Jesu concessit Gregorius XIII. *Constitutione sua incip. Pastoralis 1. Januarii 1578.* quam refert Pasciulus p. 2. *praxis Episcop. cap. 4. art. 9. num. 17. Cæterum* privilegium hoc non solvendi decimas revocatur, si ex post facto incipiat esse nocivum, & cessante causa privilegii e. *Suggestum 9. hoc tit.**

Secundò, eximitur quis à præstatione decimarum per consuetudinem legitimè introduc-tam. Hinc valet consuetudo, ut ex quibusdam fructibus vel bonis, uti minutis, v. g. ole-ribus, rapis, fabis, & similibus non solvatur de-cima, vel non integra, sed minor, v. g. duodeci-ma, vicesima, tricesima, e. *Commissum 4. c. Dilecti 8. c. In aliquibus 32. hoc tit.* Guidonis Papæ *Conf. 284.* Ideoque jura dicentia decimam solvendam esse cum integritate debita, e. *Non est 22. & c. Tua nobis 26. in fine, intelligenda* sunt de integritate solvi solita. Hinc etiam valet consuetudo, ut Clerici nullas solvant de-cimas, ut laici non solvant personales, vel non nisi in fine anni, aut ut decima uni parochiæ jure debita solvatur alteri, e. *Ad Apostolicæ 10. cum similibus h. t.*

3. Planè personales decimas, seu ex lucro in-dustriæ, nullibi ferè solvi testatur *Navarrus in Manuali cap. 21. num. 31.* usumque in hac mate-ria decimarum, si qua alia, valde varians, notat Zypaus *hoc tit. sub num. 5.* nam alibi decimas deberi lignorum, alibi animalium, alibi leguminum. Sie, eodem referente, matiti-mis locis harum ditionum consuetudo ob-tinere dicitur, quodis, qui terram aliquam manantem


natantem, concedente Principe (in cuius alio-  
qui regalia ea transit, dum mare aut flumen  
non recedit eodem impetu, sed longissimo tem-  
pore inundat, mutatque planam formam) vindic-  
at a mari, & aggeribus munit, lucretur deci-  
mas, quando ab hominum memoria culta non  
fuit, & Ecclesia decimas nunquam habuit. Alio-  
quin si Ecclesia semel decimas habuerit, &  
Princeps concedat prioribus dominis vindica-  
tionem, tunc sicut proprietas reditat dominum,  
ita & decimam ad Ecclesiam. Si tamen agri, ex  
quibus decimam debebatur, maneat incepti per  
annos centum, & postea nascantur fruges, debe-  
buntur decimam, quia hoc casu non fuit mutata  
forma, ut in priori per inundationem.

4. Tertio, præscriptione nam licet laici sint  
incapaces juris percipiendi decimas, ac proinde  
nulla præscriptione etiam immemoriali illud  
acquirere valeant, e. *Cassiodor. De prescript.*  
tamen nullibi habetur expressum, quod sint in-  
capaces exemptionis ab eorum præstatione: &  
idec illam præscribere possunt sine titulo qui-  
dem tempore hominum memoriam excedente,  
quia juris præsumptio est in contrarium, e. i.  
*De prescript. in 6.* cum titulo vero spatio qua-  
draginta annorum, quia non minori tempore  
contra Ecclesiam currit præscriptio, e. 4. 6. & 8.  
*sup. De prescript.* nisi forte ob speciale aliquam  
rationem, ut in e. *Si Deterra inf. De privilegiis.*  
Vide Covarr. l. 1. var. resol. e. 17. n. 10. & Canis.  
e. 17. n. 14. & seqq.

5. Quartò, compositione, e. *Ex multiplici 3. e.*  
Nuper penult. h. t. Sic inter Clericos fieri potest  
compositio, ut uni, non alteri decima solvatur,  
e. *Dilecti 8. h. t.* & ibi Abbas modò nihil tem-  
porale ab altero præstandum intercedat, e. fin.  
*sup. de rerum permutat.* Eritque talis composi-  
tio perpetua, & ligabit successores, dummodò  
auctoritate Episcopi facta fuerit, e. *Statuumus*  
*sup. De transact.* Nec tollitur per privilegium  
sequens: nisi de illa mentionem faciat, d. e. *Ex  
multiplici*

Quintò, per remissionem. Sic Clerici à præ-  
statione decimatum Episcopatum per remis-  
sionem Canonicas faciat, id est, de consensu  
Capituli & ex causa paupertatis eximi

possunt, cap. *Quia circa 22. inf. De  
privilegiis*, can fin. xvi. q. 1.



## §. IX,

De decimis novalium, deque acti-  
ne & cognitione decimatum.

1. 2. *Quid sit Novale.*
3. *Decima novalium debentur Ecclesia par-*  
*chiali,*
4. *Privilegium de percipiendis decimis non con-*  
*prehendit novales.*
5. *Prescriptio decimatum non extendit ad no-*  
*vales.*
6. *Prescripta una specie decimabilis etiam ali-*  
*prescripta censentur.*
7. *Cognitio decimatum ad quem spectet.*

1. **D**ecimis quoque novalium hic aliquid  
subjiciendum est. Soler autem Novale  
variis modis exponi:nam Juris. in l. *Silva* 30.  
§. *novale D. De verb. signif.* Novalem interpre-  
tatur terram præcisam, vel, ut legunt, proclis-  
sam, quæ anno cessavit. Quam interpretatio-  
nem sequitur Isidor. i. 5. *Etymolog. cap. 13.* Nov-  
alis, inquietus, ager est primum præscissus, qui  
a tertiis annis vacat, novandarum sibi vinum  
caussa. Unde illud Virgilii l. *Georg.*

*Alternis idem tonsa cessare novales.*

Et confirmat Varro lib. 4. *De Latina*, ci op-  
ponens agrum restibilem, id est, qui reficitur  
ac seritur quotannis. Interdum sumimus Nova-  
le pro terra, quæ singulis annis semine revo-  
ratur. Valla lib. 6. juxta illud Virgilii *Ecl. 1.*

*Impius hac tam culta novalia miles habebit?*

Alii Novale vocant silvam, quæ exiپis  
arboribus ad culturam redigitur, per text. in.  
sul. in fine D. *Deservimento moto.*

2. Nos hic in materia decimatum, unā cum  
Innoc. in e. *Quid per novale inf. De verbor. signif.*  
Novale sumimus pro agro de novo ad  
culturam redacto, de quo non extat memori,  
quod aliquando cultus fuerit. Non tamen pro  
quilibet tali agro hic specialiter sumitur, sed  
pro eo, qui ante culturam vel modicum vel  
nullum fructum adferrebat, *Glos. in e. Commis-  
sum 4. in V. pseu. h. t.*

3. Debentur vero decimæ novalium, sepo-  
to privilegio, præscriptione, consuetudine aut  
compositione, Parochiali Ecclesiæ, in cujus  
finibus exsurgunt, & quidem pro modo limi-